UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

X. An sit aliquid Sacramentum Confirmationis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

minus excellentius adoptionis filiorum: Initiatorium erat Ioannis baptiſma; Chriſti, perfectorium.

Illud à peccato auocabat; iſtud cum Deo coniungit, & familiarem reddit.

Tertul. lib. de bapt. *humanum* vocat, non *cæleſtem*.

Et *baptiſmus pænitentiæ erat quaſi Candidatus ſanctificationis.*

Caluinus contemnit Patres: Kemnitius ait parui referre, eſſeque in medio relinquendam quæſtionem.

DE CONFIRMATIONE.

QVÆSTIO X.

An ſit Sacramentum Confirmationis?

HÆRESIARCH. 1. NOVATIANI ſub annum 254. coorti, damnati anno 255. 258. 259 326. in cæteris, teſte Theodoreto lib. 3 hæret. fabularum ait: *Pœnitentiam à ſuo conuentu arcent penitus; & iis, qui ab ipſis tinguntur, ſacrum Chriſma non præbent.*

Quocirca eos, qui ex hac hæreſi Corpori Eccleſiæ coniunguntur, benedicti Patres vngi iuſſerunt.

Cauſa ſpreti S. Chriſmatis erat, quia Nouatianus, ait *Euſeb. hiſt. l. 6. c. 43.* decumbens æger baptizatus eſt, & poſtea ceremonias ſuppleri ſpreuit.

2. DONATISTAE item iniurij fuerunt in S. Chriſma: teſte Optato *lib. 2. contra Parmenianum*,

3. Item & Ariani ſpreuerunt idem. Waldenſes id plane exauctorarunt; teſte Ænea Syluio *in hiſt. Boem.*

4. Wicleffus ſimiliter, non tam id reſpuit, quam negauit è Scriptura probari poſſe: arguitque Catholicos.

LVTHERVS *in Capt. bab. cap. de Confirmatione*, negat eam verum eſſe Sacramentum: poſſe tamen ait recipi pro ceremonia.

KEMNITIVS *par. 2. Exam. pag.* 320. præſcribit circa eam ſex, & ea extra Scripturam. Vide *Luthero-ca. p. 3. q. 36.*

CALVINVS ſimilia.

PAPISTA. Verum, & propriè dictum eſt Sacramentum Confirmationis.

1. Teſte Scriptura, in meo *Antichriſto p. 3. q. 16.*

2. Teſtibus Papis primis, vt S. Clemente, *lib. 3. Conſtit. cap.* 10. 16. 17. S. Vrbano epiſt. decretali, S. Cornelio Mart. S. Melchiade Mart. &c.

3. Sic antiquiſſima Concilia; vt Elibertinum *Can.* 38. Arelatenſe 1. & 11. Laodicenum, aliaque per varias orbis oras.

4. Conſenſus Patrum communis ac perpetuus.

QVÆSTIO XI.

Quis Confirmationis ſit Miniſter?

HÆRESIARCH. VVICLEFVS *l. 4. Trialogi c. 14.* etſi vel eſſe neget Sacramentum; tamen, ſi foret, non pertineret ad ſolos Epiſcopos.

LVTHERANVS Kemnitius *p. 2. Exam. pag.* 324.

CALVINVS *Inſt. 4. c. 19. §. 10.* id ipſum cæteri omnes: præſertim, cum vix vllam Epiſcopos inter & presbyteros differentiam agnoſcant. Vide *Luthero-c. p. 2. q. 40.*

PAPISTA. Ordinarius, eſt Epiſcopus; extraordinarius per diſpenſationē eſſe & Sacerdos poteſt, ex poteſtate, non Iuriſdictionis; ſed Ordinis ſacerdotalis, cuius Character eſt ſignum pacti Conditionati, & inchoati.

1. Ratio illius: Quia Confirmatio eſt complementum & perfectio Baptiſmi; ideo par eſt, vt à primario Miniſtro

detur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN